Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mias

60

effugies manus eius sed comprehensione capieris et in manu eius
tenderis et oculi tui oculos regis babilonis videbunt et os eius
ad os tuum loquetur et in babilonem introibis dicit audi verbum domini
Sedechia rex iuda Hec dicit dominus ad te Vlo morieris in gladio sed
in pace moieris et sicut combustiones patrum tuorum reguum priorum qui
fuerunt ante te sic comburent te et ve domine plangent te quia verbum
ego locutus sum ait dominus Et locutus est Ieremias propheta ad Sedechiam
regem iuda omnia uerba hec in ierusalem et exercitus regis
babilonis pugnabat contra ierusalem et contra omnes ciuitates iuda
que reliquae erant munitae lachis et contra azeka hi enim supersunt de
ciuitatibus iuda urbes munitae Verbum quod factum est ad Ieremiam
a domino postquam pacem fecerat rex Sedechias fedus cum omni populo in iherusalem
predicare ut dimittere unusquisque ancillam suam hebream et hebreum liberos et necquam
dominarent eis id est in iudeo fratre suo audierunt ergo
omnes principes et universus populus qui ingressus fuerat ut dimittere
unusquisque seruum suum et unusquisque ancillam suam liberos ut ulterius non
dominarent in eis audierunt igitur et dimiserunt et omnis qui dederat
et retulerunt seruos et ancillas suas quos dimiserant liberos et
subiugauerunt infantulos et infantas Factum est autem verbum domini ad Ie
miam a domino dicens hec dicit dominus deus israhel Ego pacem fedus
cum patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egipti de domo seruitutis
dicens Cum completi fuerint septem anni dimittat unusquisque fratrem
suum hebreum qui venditus est ei et seruiuerit ei sex annis et dimittes
eum a te liberum Et non audierunt patres vestri me nec inclinauerunt
aurem suam Et conuersi estis vos hodie et fecistis quod rectum est in oculis
meis ut predicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum et iniistis
pactum in conspectu meo in domo in qua inuocatum est nomen meum super ea
Et reuersi estis et maculastis nomen meum et reduxistis unusquisque
seruum et unusquisque ancillam suam quos dimiserat ut essent liberi
et sub potestate et subiugastis eos ut sint vobis serui et ancillae propter
hec dicit dominus Vos non audistis me ut predicaretis libertatem unusquisque
fratri suo et unusquisque amico suo Ecce ego predicabo libertatem ait dominus
ad gladium et pestem et famem et dabo eos in commotionem omnibus
regnis terre Et dabo viros qui preuaricati sunt fedus meum